

194. deinde illud Ecce, idem est, ac citò veniet Christus, jam spiritu Prophético video illum eminus venturum, & totum hoc tempus quod fluit usque ad diem iudicii, mihi breve videtur respectu eternitatis beatæ non enim solet dici, Ecce præcipue cum verbo præsentis temporis, nisi cum res propinqua est, ac veluti oculis ipse deor. Ut Gen 24. n. 5. Nec dum intra se verba cõpleverat, ecce Rebecca egrediebatur, Mat. 2. n. 1. Cũ natus esset Iesus in Bethlehẽm Iudæ, ecce magi ab oriente venerunt. Et præclarum, ac optimum initium prophetiæ est, ut cū sit multa dicitur de persecutionibus fidelium, Christum citò venturum ad iudicium asseveret, ut impij terreatur, & iusti spe tantæ mercedis, & vicinæ liberalitatis ad pietatem excitentur.

195. Quæstio tamen principaliter inquit; quare dici ut quod ipsemet Christus veniet ad iudicandum? cur hoc munus Angelis non committitur? respondet Eusebius Emissemus ser. 2. de symboto, expendens illa verba: Qui venturus est iudicare vivos, & mortuos. Sic ait: Perit Deus, delegare Angelis suis discernendi hominis potestatem; sed agnosce homo, digni a em tuam; nulli etiam vel cõstiti creatura, te esse subiectam voluit, nulli de te iudicare permisit; agnosce nobilitatem tuam, soli Deo competit de te iudicare. Ipsemet Christus venit ad iudicandum; potuit hoc munus Angelis delegare; & tamen noluit, ut humanæ naturæ dignitati consuleret ut homo non alium iudicem sustineret, nisi ipsum deum; & non ab alio mitteretur in supplicium, nisi ab ipsemet dei filio, ut quos puniebat, hoc honore afficeret, ut à tanto iudice punirentur, ac damnarentur.

196. Tamen nexus textus maxime expendendus est. Ait Evangelista: Qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris, & fecit nos regnum, & sacerdotem; ecce venit in nubibus, &c. Ad quid Evangelista hic præmittit commemorationem de Christi dilectione, de beneficio redemptionis, & de potestate regali, ac sacerdotali, qua nos insignivit, ad hoc ut de ipso, cum venerit ad iudicandum, introducat sermonem: Ecce in nubibus venit? Cum in maiestate multa ad iudicandum veniet, tam rigorosus apparebit, tanta ira, ac furore repletus videbitur, ut ne alius reputetur, necessarium fuerit quod Evangelista exprimeret, quod ipsemet erat, qui nos dilexit, ac redemit in sanguine suo: ita enim ira, ac furor eius amorem abscondet, & teget, quod ne quis ælimet, quod ipse nunquam nos dilexerit, opus fuit, quod Evangelista exprimeret, quod ipse est, qui nos dilexit, ac redemit.

197. Explicans Christus D. eximium amorem sui Parentis erga pos, ait: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Joan 3. num. 16. & statim addit: Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Ibidem num. 17. Certum est, quod deus dilexit mundum, & ideo filium suum misit, ut mundum redimeret, & etiam certum est, quod deus diligit mundum, & filium suum mittet, ut mundum iudicet; quomodo ergo ait Evangelista, quod deus dilexit mundum, & rationem subdit. Non enim misit Deus filium suum, ut iudicet mundum? Quando deus misit filium suum, misit tanquam mansuetissimum agnum, ita ut nullum vesti-

Christus dicitur citò venturus ad iudicium.

Genes 4. Mat. 2.

Euseb.

Christus etiam reproborum honori consulit.

Christus in iudicio tanta ira apparebit, ut alicui poterit affirmari.

Joan 3.

gium præberet nec iudicis, nec Leonis, unde alius dixit: Quis me constituit iudicem super vos? Luc. 11 n. 14. At in fine sæculi, cum ut iudex adveniet, veluti alius apparebit: tunc enim abscondita mansueti Agni mansuetudinem, totum se ut ferocissimum, ut fortissimum Leonem præbebit Euthymius: Neque solum dedit filium, ait, sed & iudicium reposit, atque in secundum eius distulit adventum Pater summe diligens mundum, suum eximium amorem erga mundum dec aravit quando misit filium suum ut salvatorem ejus, sic benignum, ut pertransiret beneficiendo, & sanando. Actor. 10. n. 38. formam iudicis non exhibens, non enim misit filium suum, ut iudicet mundum. At in fine, cum ut iudex adveniet, sic exandescet ob nostra peccata, ut veluti a ius videatur, totus rigidus, & rigorosus.

Gloriose resurrexit Christus D. ut decantat Regius Vates: Dominus regnavit, decor em induit us est; indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. Psalm. 92. n. 1. Nunquid Deo potest deesse fortitudo? Ad quid ergo, tanquam armis fortitudine induitur? D. Bernard serm. 3. de Nativit. Non sicut antea nascens pannis involutus est, Proprieta, qui prius sine misericordia affluebat, non iudicans quemquam; esurgens præcinxit se, & iustitia cingulo videtur quodammodo effluentem suam misericordiam collegit, quoniam ex tunc preparatur ad iudicium, quod in nostra resurrectione futurum est. Dies resurrectionis Christi, est veluti quædam memoria, ac index diei extremi iudicii, nam resurrexerit o Christi nostram resurrectionem indicat; & dies iudicii, dies tantæ severitatis, ac rigoris est, ut solum ad umbram, ac figuram quandam illius diei incipiat Christus, in sinu suo colligere, ac accingere ad se omnem suam misericordiam, & cum omni fortitudine sua se disponere ad ultionem nostrarum iniquitarum: Et iustitia cingulo videtur quodammodo effluentem suam misericordiam colligere, quoniam ex tunc preparatur ad iudicium. Cum à Christo defluerent undique misericordiam viscera, sic veluti a ius apparebit in die iudicii, ut totam suam misericordiam videatur ad se colligere, ac iustitiæ cingulo præcingere.

QUESTIO XXVIII.

Quare dicitur, quod Christus ad iudicium veniet in nubibus?

199. Passim in Scriptura Deus apparet in nubibus; in nubibus ascendit in caelum: Nubes suscepit eum ab oculis eorum, Act. 1. n. 9. In nubibus ad iudicium veniet: In nubibus caeli, ut patet ex hoc loco, & Mat. 24. n. 30. ubi hanc quaestionem tractavi to. 4. c. 50 q. 15. præter ibi dicta, cur in nubibus veniet Christus; hæc modo accipe.

respondet primò D. Chryostom. serm. 6. de Ascension. Domini: Helias, ait, in currum ignis ascendit, Christus in nube: nam quando servus vocabatur, currus mitebatur, ut veriret, at quando filius ascendebat, Dominica sedes occurrebat, nec tantum Dominica, sed etiam Paterna, Cùm

Christus de postea Agni mansuetudine, fortis Leo apparebit in iudicio.

198.

Psalm. 92.

D. Bern.

Deus in iudicio præcinget suam misericordiam iustitiæ cingulo.

199.

Act. 1.

Mat. 24.

200.

D. Chryl. Nubes Dei thronus, ac vehiculum.

Cùm Christus ad iudicium procedet, veniet in virtute, ac maiestate multa, ut dicitur Mat. 24. n. 30. Et omnes Angeli ejus cum eo. Mat. 25 n. 31. Cum ergo Christus se tam pompa maiestate exhibeat, veniet in regali, ac paterno throno in nubibus, scilicet, quæ paternum solium constituent. Juxta Septuag. Isaias 19 n. 1. Ecce Dominus sedet in nube levi juxta nostram vulgatum: Ecce Dominus ascendet super nubem levem. Juxta proprietatem Hebraicam: Ecce Dominus equitabit super nubem levem, & Psal. 98. n. 7. Ponis nubem ascensum tuum, qui ambulat super pennas ventorum. Ezech. 1. num. 4. Ecce venis turbis veniebat ab Aquilone, & nubes magna. Scho iastes posuit, quasi vehiculum Dei

Isai. 19. Septuag. Hebr. Psal. 98. Ezech. 1.

201. Nubes instrumentum Divinae Providentiæ.

D. Hieron. D. Cyrill. Ilychius. D. August.

202. Nubes instrumentum Divinae punitionis, ac præmiationis.

Exod. 14.

Mat. 17.

Secundò. Nubes est maximum instrumentum Divinae providentiæ, gubernationis, & punitionis, ac quæ ac præmiationis instrumentum. Primò divinae providentiæ; nam è nubibus emittit deus torem, pluviam, nivem ad fræcundandam terram, deinde per nubem D. Hieron. D. Cyrill. Ilychius, D. August. Gregor Rupertus, quos citat & sequitur Acazar hoc loco, annor. 7. dicitur significare Christi providentiam supernaturalem, & arcantam, ac divinam, qua regit Ecclesiam, illique præfulget, quasi columna nubis, & ignis illuminans simul & protegens eam, ducentque rebus semitis in caelum, ut columna nubis ducebat Irael in terram promissionis. Exod. 13. numero 21. 22.

Nubes instrumentum Divinae gubernationis: nam Deus nubes agit ad omnes mundi plagas: nunc ad orientem, nunc ad occidentem, nunc ad meridiem nunc ad septentrionem: easque facit modò imbriferas & fræcundas, modò siccas & steriles. Meritò ergo dixit Moyses: Magniificentis ejus defecurrunt nubes. Deuter. 33. num. 26. Tertio nubes instrumentum Divinae punitionis, nam Deus è nubibus mittit grandinem, lapides, tonitrua. & in nube Deus pro populo suo contra Pharaonem pugnavit, intericiens se per nubem inter Hebræos, & Aegyptios. Exod. 14. 20. Quarto nubes instrumentum Divinae præmiationis: sic cum Christus appareret in glo ia ejus Apostolis: Nubes lucida obumbravit eos. Mat. 17. n. 5. Sicque cum Deus defenderet in gloria, legem dans in monte Sina, nubes totum montis cacumen involvit. Exod. 19 n. 16

Tertio. In nubibus, hoc est, Christus veniet in carne sua, ut ab omnibus agnoscat & videatur; locum Isai citatum 19. n. 1. de carne Christi interpretatur D. Augustin. tract 34 in Joan. dicens; carnem Christi appellari nubem; quia sicut nubes solem temperat, ita caro Christi Divinitatem latentem temperabat ne intuentium oculos suos splendore præstringeret: Nubes, ait, regitur carnis, non ut obscuratur sol, sed ut temperetur. De eadem carne Christi nubem istorum interpretantur Euseb. lib. 1. demonst. Evang. Cy ill A' Alexandrin & Procopius ad citatum Isaiæ locum.

Quarto. In nubibus, hoc est, cum Angelis: sicut enim nubes sunt instrumenta, & executores Divinae providentiæ ut supra dixi; ita & Angeli sunt Ministri Divinae providentiæ; sic docet Divus Dionysius capit. 15. celestis Hierarch.

Quinto. In nubibus, id est, cum Sanctis suis. Sancti dicuntur nubes secundum D. Thomam in cap. 12 Epist. ad Hebr. Primò propter conversationis sublimitatem, juxta illud Isai 60. num. 8. Quis sunt isti, qui ut nubes volant? Et illud Pauli ad Philipp. 3. n. 2. Convèrsatio nostra in caelis est; Secundò propter doctrinæ fræcunditatem, juxta illud Job. 36. num. 27. Effundit imores ad instar gurgitis, qui de nubibus fluit. Tertio juxta D Chryostom ad eundem locum; propter spiritualis consolationis utilitatem; sicut enim nubes refrigerium præstant, ita exempla Sanctorum. Quarto juxta D. Hieronym. D. Augustin. D. Gregor. citatos, sicut nubes ex terræ ac maris exhalationibus creantur, & in altum sublevatæ, à ventis impelluntur: ita Apostoli ex terrenæ humilitatis infirmitate, & ex hujus sæculi mari, Dei gratia at tolluntur, & spiritu Dei aguntur, & impelluntur. Quintò secundum cit. D Dionys. & Cardinalem Hugonem; quemadmodum à nubibus procedunt pluvia coruscationes, & fulgura; sic à Sanctis pluvia doctrinæ, coruscationes miraculorum, fulgura comminationum orientur.

205. Nubes Sancti. D. Thom. Philipp. 3. Job. 36.

D. Chryl.

D. Hieron. D. August. D. Greg.

D Dionys. Hugo.

206.

Origen.

Sextò. Secundum Origenem super Hierem. quia quemadmodum fulgura ex nubium collisione generantur in morem silicium, quos cum compleris, medius ex iis ignis elicitur; ita nubes rationales, si secum loquantur, ignem amoris divini, & spiritualium commotionum fulgura ex se emittunt

Septimò. In nubibus, hoc est, cum Sanctis suis, qui Christum ad iudicium venturum, tanquam supremum Dominum, ac iudicem comitantur Richard. Victor. cap 2. Venit cum nubibus, ait, id est, cum Sanctis, qui nubes fuerunt pluvendo per prædicationem, coruscando per miraculorum operationem, volando per contemplationem, protegendo per intercessionem.

207.

Venit Christus comitatus cum sanctis. Richard.

208.

Judicii finalis recordatio semper sit ante oculos.

Octavo. Veniet in nubibus: sicut in nubibus positum est signum quod amplius non erit diluvium: Arcum meum ponam in nubibus. Genes. 9. n. 11. Sic & voluit Christus, ut nubes sint nobis signum futuri iudicii, ut quoties nobis objectæ fuerint nubes, recordemur, quod in illis Christus venturus est ad iudicium: hæc enim cogitatio maxime nobis necessaria ad salutem animæ.

Magnus Præcurfor Baptista multam constituit differentiam inter suum ac Christi baptismum, dicens. Ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiam: qui autem post me venturus est, ipse, vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne: Mat. 3. num. 11. Magnum discrimen est inter utrumque baptismum: nam meus baptismus præparat tantum ad penitentiam, at Christi baptismus est tanquam ignis culpas extinguens ac delens, animamque donis Spiritus sancti replet Sed cur Christi baptismus, non solum dicit, quod sit in Spiritu sancto, sed etiam in igne? Cur in igne? Rectè D. Hilar. Cann. 2. in Mat. Salus igitur nostra, & iudicii tempus designat in Domino, dicens: Ille baptizabit vos in Spiritu sancto, reliquum sit consummari igne. Baptismus janua est, per quam homo ad fideium cœtum ingreditur: expedit, ut inter baptismales aquas gratiæ, adsit memoria ignis extremi iudicii baptizet Christianus in aqua, que animam sanctificat, & in igne, recordatione nempe

209.

Mat. 3.

D. Hilar.

Ex primo ingressu in nobis sit memoria iudicii.



nempè illius diei, in qua Dominus iudicabit, sic ait: Salvis nostris, & iudicii tempus designat in Domino dicens; ille vos baptizabit in Spiritu sancto & igne. Ignis extremum iudicium designat, in quo in igne furoris iudicabit dominus.

210. Ad vocem Domini, cum Deus loquitur, ita Job: Super hoc expavit cor meum, & motum est de loco suo. Audivi auditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore eius procedentem. Job. 37. num. 1. & 2. Dominus jam volebat, multis favoribus, & magnis donis Jobum sublimare; & tamen ab eloquio Domini totus timore terrefactus venit D. Greg. lib. 27. Moral. cap. 10.

D. Greg. Dei dona cumulantur cum timore, & timore iudicii.

Inspiratione tangitur; hoc ante omnia intelligi, quod cuncta que agit, districta aeterni iudicii animadversione puniantur. Auditio igitur vocis Dei prius in terrore fit. At sic dicat Magnus Gregorius, quod Deus tecum loquitur, teque magnis donis cumulare intendat, perpende, ac considera si tecum agit in timore, ac tremore, ut tibi ingerat iudicii memoriam: nam ex tali iudicii cognitione anima preparatur ad Dei locutionem, ac quod eius magnis donis repleatur. Inspiratione tangitur hoc ante omnia intelligi, quod cuncta, qua agit, districta aeterni iudicii animadversione puniantur.

QUESTIO XXIX.

Quare dicitur, quod omnes venientem Christum ad iudicium videbunt & plangent super se omnes tribus terræ.

211. At Joannes de Christo D. veniente ad iudicium, quod videbit eum omnis oculus, tam beatorum, quam damnatorum: & de damnatis prosequitur sermonem, ut illorum sortes nos timeamus: Et qui eum pupugerunt, seu crucifixerunt, tam physice lancea, & clavis quam moraliter peccatis suis, & plangent super eum, hoc est propter eum, & planctu maximo ut explicat Zachar. 12. num. 10. Ad quem locum hic alluditur: Aspicient ad me, quem confixerunt: & plangent cum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. Et plangent intempestive, & occasione amissa: cum modò eorum lacrymæ nihil eis proficerent; & plangent non ob culpas, sed ob pœnas, quas ob luas iniquitates agnoscent, sibi infligendas. Ita D. August. lib. 20. de civitate cap. 30. Theodoret Rupertus, & alii.

D. August. Theodor. Rupert.

212. Gen. 22. Terrens iudicium severissimum. Richard.

Omnes tribus terræ, idest, universæ tam Judæorum, quam omnium nationum; & nomen tribus, non solum Judæis attribuitur, sed etiam aliis nationibus accommodari solet: nam loquens Deus de omnibus gentibus quæ in Christo erant benedicendæ, ait Jacob Genes. 28. n. 14. Et benedicentur in te, & in semine tuo cunctis tribus terræ. Expende loquendi modum; non ait, omnes homines omnes gentes, omnes tribus, sed tribus terræ; terrena nempe diligentes, hi iudicium severissimum experientur. Richardus Victorin. Tribus terræ ait, vocat

omnes terrena diligentes, & terrena Christo preferentes.

213. Quæstio tamen principaliter inquit Quare Christus videndus sit ab omnibus iudicandis: Vocabitur enim omnis oculus Christus ad iudicandum veniet in corpore suo, cum multa maiestate, ita ut videndus sit oculis, non solum beatorum sed etiam damnatorum; maximo tamen discrimine. nam Iusti cum intuebuntur suam, benignam, & mitem; Impii verò severum terribilem & austerum; ut ponderavit Albertus Magnus in præsentia: iste terror, ait, vel blandities nascitur ex conscientia videndum, vultu iudicis penitus non mutatio, sicut quando duo stant coram iudice, ille qui in remordet conscientia, putat iudicem terribilem; iste, quem non remordet, mitem. Idem est obiectum, & eadem iudicis facies; amen non eadem elicitur visio; quæ differentia ex uniuscuiusque conscientia nascitur: nam iusti ob suas virtutes, eum considerant, ut benignum, ac amicum; iniqui verò, ob sua peccata, ut severum, ac adversarium.

Alb. Magn. Prodiversitate conscientia iudex consideratur in sua vis, vel terribilis.

214. Atretas. Qui ait, veluti agnus jugulatus est, & sanguine suo lavit nos à peccatis, ipse eodem modo veniet, non quemadmodum prius abscondite, aut abscondite. Quod etiam Propheeta David per descensum pluvie super vellus sensit, & absque strepitu designavit, sed palam, ac manifestè, in paterna gloria, ut ab omni oculo videatur, omnium iudex nullis corruptus muneribus. Idem ferè habet Sanctus Victor, Martyr. Quando Deus primò venit, venit occultè, & leniter, nunc verò valde manifestè, & patenter: primò venit ad beneficiendum, & inde absconditè, & occultè, nunc verò venit ad iudicandum, & iudicium exercendum est clarè, & manifestè in omnium oculis, ut iudicis rectitudo, ac probitas à cunctis videatur, quæ nec amore, nec affectu, nec donis tangitur, ac corumpitur.

Sanct. Vict. Iudicium clarè & patenter exercetur.

215. Tercio, D. Gregor. Magnus lib. Moral. c. 14. Tunc sci icet (in finali iudicio) iniquos, cum pudor cooperit eum eos in conspectu iudicis testis conscientia addicit, tunc iudex veteris cernitur, sed accusator interius toleratur; tunc omnis ante oculos culpa reducitur: & mens super gehennam suo gravius igne cruciatur. Videbunt ipsi damnati filium hominis venientem in nubibus cæli, & tunc conscientia eos interius arguente ac super gehennalem ignem torque te. exterius magno pudore erunt conturbati. cum ipsum Dominum eorum amore placatum, videant, quem tantis iniquitatibus offenderunt, & contra quem tot crimina commiserunt, ne his ait Job. 6. num. 20. Venerunt usque ad me, & pudore cooperiti sunt.

D. Gregor. Ex iudicis presentia multa verbum. Job. 6.

216. Quarto, Videbunt damnati Christum in corpore glorioso, eiusque splendorem faciem super solem fulgentem; quæ est fons totius lætitiæ, & gloriæ, & tamen plangent, cum potius exultare deberent, & merito in largissimos fletus perfolvuntur. considerant miser se iacturam fecisse illius splendidissimæ faciei quam si affectu fuissent, felicissimi efficerentur, ait Isaias 26. num. 10. In terra Sion habitabit iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. Valde mirum, quod super impuros odomitas sulphureæ flammæ obijciuntur super sediciosos Dathan & Abirones, utchralis terræ hiatus oppo-

Summum tormentum iniquorum, nisi facie Iesu carere.

Isai 26.

nitur: at nequissimis, & omnium turpissimis hominibus, hoc unum supplicium minatur, ne videant gloriam Domini: hoc unum acerbissimum est, omnium supplicia, omniumque cruciatu in se ambiens, & includens. D. Bernard. in Declamationibus: Durus est hic sermo, ait, & comminatio valde terribilis: non videbit gloriam Domini. Quid igitur cætera vidisse, præsta? Nil durius, quàm à cælesti conspectu privari.

D. Bernard.

217. Psal. 57.

D. Greg. Carentia visionis Dei, durissimum tormentum.

Ait Regius vates Psal. 57. n. 9. Super eos cecidit ignis, & non viderunt solem. Quis, & qualis ignis ille nempe qui non illuminat, sed cruciat ac torquet, visionem auferens, & ingerens cum omni cruciatu cæcitatem. D. Gregor. lib. 9. Moralium: Ignis enim, ait, super impios cadit, sed sol igne cadente non cernitur, quia illos, quos gehennæ flamma devorat, à visione veri luminis recusat; & foris eos dolor combustionis cruciet, & intus pœna cæcitatis obscurat, quatenus, qui auctori suo corde, & corpore deliquerunt, simul corde, & corpore ponantur, & utrobique pœnas sentiant: qui dum hinc viverent, pravus suis delectationibus ex utroque serviebant. damnatis duplex pœna infligitur, sensus scilicet, & damni; carentiæ nempe visionis Dei, & inter rabidissimos æternorum ignium cruciatu: hoc erit acerbissimum supplicium quod æterna caligine obscurati solem iustitiæ sentient in pœnis, illiusque splendore in gloria expertes sint.

218. Matth. 22.

Inter omnes cruciatu, carentia visionis Dei, gravior pœna.

De homine reprobo ait Christus Dom. Matth. 22. n. 3. Mittite eum in tenebra exteriores ibi erit fletus, & stridor dentium. Solis tenebris tradit hominem, & ex solis tenebris commemoratur, quod proveniat fletus, & stridor dentium, de solis tenebris quibus traditur homo, fit mentio; Cur etiam non referuntur alia supplicia gehennalia, ignes, sulphura, & alia tormenta, quæ miserum hominem dilacerant, & solum fletus, & stridor dentium nascitur ex tenebris, cur non etiam ex aliis cruciatibus? Tam acerbum, & durum tormentum est misero homini tenebræ, ac carentia visionis Dei, ut alia omnia tormenta, tanquam parva, ac nulla reputentur; ideo solum tenebræ ex Dei visione scribuntur, solumque ex illis dicitur provenire fletus, & stridor dentium, D. Hieron. Epistol. ad Demetriad. sic ait: Dæmon mittari in carcerem, & in tenebras exteriores, quæ quænto à Christo vero lumine separant, tanto nos majori horrore circumstant.

QUESTIO XXX.

Quare Christus D dicitur α & ω, Principium ac finis; & de connexionione cum superioribus?

Aliaque, ut Joachimus Abbas, Ribeira, Cornelius, & alii existimant, quod hæc verba prolata sint à tota Trinitate Fundantur quia sequentia verba: Qui est, & qui erat, & qui venturus est, supra n. 4 de tota Trinitate sunt dicta: Sed fundamentum non inulcum urget: quia Joannes hic à num 5, repetit Christi magalia: Testis fidelis, primogenitus mortuorum, princeps regum terræ: & ideo quod supra dixit

Joach. Ribeira Cornel.

rat de tota Trinitate nunc de Christo sermo nem habet.

Dicendum ergo est, quod Joannes continuata serie de Christo loquatur. Ita exponunt D. Gregor. Nazianz orat. 35, D. Athanasius in illud Matth. 1. Omnia mihi tradita sunt à Patre. Rufinus in exposit. Symboli. Idacius l. 3. Contra Varimundum, Sebadius Agenensis episcopus lib. 3. contra Arrianos, D. Hieron. lib. 1. contra Jovin. Tertul lib. de Monog. Unde olim Christiani, urgente Arrianismo, ut se fideles, & non Arrianos profiterentur, in suis sepulchris incidi curabant, α & ω, ac si dicerent: Ego credo de Christo, quod ipse de se per Joannem dicit, scilicet ipsum esse α & ω, idest, esse verum deum cum Patre, ut notarunt antiqui Auctores, ut scribit Ambrosius Morales, lib. 11. Historia cap. 41.

220. Joannes loquitur de Christo. D. Nazian. D. Athan. Rufina. Idacius. Sebadius. D. Hieron. Tertull.

Fundamentum est, quia Joannes continuato sermone de Christo loquitur, ergo nullum allum, nisi eundem Christum loquentem, inducere existimandum est. Concludit Joannes Christi laudes, ac si dicat Non mirum sit, quod ipse dicatur testis fidelis, primogenitus mortuorum Princeps Regum terræ, & quod ipse in nubibus cæli cum maiestate venturus sit, cum ipse sit Alpha & Omega, principium & finis omnium: sitque ipse secundum divinitatem, qui est, & qui erat, stabilis, & sempiternus, omnipotens.

221. Fundamentum conch. finis.

Dicitur testis fidelis. Ipse enim est principium, ac Auctor oraculorum Dei, ac totius Scripturæ. Ipse est quem spectant omnes Prophetæ, omnes Apostoli, omnisque Scriptura: Primogenitus mortuorum dicitur: ipse est enim qui primus resurrexit ad vitam æternam, principiumque est nostræ resurrectionis ad æternam vitam; ad ipsumque nostra æterna vita, tanquam ad objectum fertur, ac terminatur: Princeps Regum terræ: qui omnibus dominatur, & quo omnes habent dominandi potestatem: Per me Reges regnant, Proverb. 8. n. 15. & ad cuius obsequium tanquam ad finem, omnis regia potestas si bene ordinata fuerit, ordinatur, & tendit: Ipse ecce venit in nubibus cæli cum maiestate: Ad ipsum enim, qui est omnium principium, omnes creaturæ venient ad iudicium, ut ei reddatur de suis factis, ratio nem.

222.

Magis explicatur superior doctrina.

Prov. 8.

223. Secundò, & maxime genuinè, cum Christus Dom. dicat de se: Ego sum Alpha & Omega, principium, & finis, hæc Christus D. dicit de se, ut verus Deus; quia ipse est æternus, & sempiternus. carens omni tempore, principio, ac fine: quod etiam ipse explicat de se dicens: Qui est, qui erat, & qui venturus est, ut potè, quia ipse in se invariabilis, ac stabilis sit: sic in præsentia Andr. Cæsi. Hic locis ait, perspicue Christum designat, ut qui est, & Deus existat, & absolutum in omnes dominatum obtineat, & omnis principii, & finis expertis vivat: qui etiam est, & erat, & finem ignorat, proindeque atque Pater ævo sempiterno durat. Ait Christus Dominus de se, Ego sum Alpha & Omega, principium & finis. Cum se dicit Alpha, idest, omnium rerum principium, sic Martialis libro 2. Corum vocat, Alpha penultimorum; idest, inter pauperes, & abjectos primum, ac veluti principem Hac ergo phrasi, ut ait Arctas D signifi

Christus, ut Deus, æternus cum Patre.

Andr. Cæsi.

Martialis Arctas.